



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Tertia Methodus. Ratione vulgatæ à Catholicis receptæ, & tot aliorum  
Bibliorum ab Herodoxis variis in locis impressorum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

jorem inesse autoritatem unanimi à primæva Ecclesia utque huc CC. generalium & SS. Patrum doctrinæ, quam uni Calvinus, Lutherus alterius à communis se cœtu Ecclesiæ separanti, antiquaque & jam dudum damnatas hæreses recoquenter. Maximè cùm hi ipsi, nil in ore, nisi solam Scripturam habentes, nova vobis mysteria in Scriptura nullatenus expressa protrahant, ipsosque Scripturæ textus corrumpant, mutilent demendo, addendo pro libitu, ut variis in locis ostendi, & in sequenti Methodo 3ta & 4ta videre est.

### Tertia Methodus.

*Ratione vulgata à Catholicis recepta, & tot aliorum Bibliorum ab Heterodoxis variis in locis impressorum.*

**P**lurima Biblia modò tam in linguis sacris quam vernaculis impressa prostant sibi quoad varia contradictentia. Catholici *vulgatam* ita dicunt admissunt ex traditione & unanimi consensu CC. Pontificum Patrum acceptatam. Ex hac tantorum sæculorum possessione eam ejiciat quivis sectarius auctor, & ex sola Scriptura probet biblia v. g. Genevæ, Basilicæ, aliisque in Germania, Gallia, Anglia &c. locis impressa verum purum & incorruptum scriptum Dei verbum continere, non autem *vulgatam* ab Ecclesia universalis Romano-Catholica receptionem maximè in iis punctis, in quibus *vulgata* & biblia

ab Heterodoxis impressa sibi contrariantur. Hic p̄sce mutior stat Heterodoxus, nec mirum. Scriptura enim in hoc vel illo loco impressa per se ipsam non potest probare; se in omni verbo, quod continet, genuinum habere Dei verbum. Hinc Catholici per traditionem de s̄culo in s̄culum sunt & manent in possessione *vulgatae*. Et quamvis non sustineant, ut Subsect. 3. num. 3. monui, ab omnibus omnino n̄avis nil ad substantiam fidei facientibus eam esse liberam, jure tamen tacentur in substantialibus & fidei articulis in ea erratum non esse ob Spiritus S. assistentiam à Christo Ecclesiæ universalis, non ab ea descendentibus promissam. Et ut prudens quilibet magis perspiciat *vulgata*, non bibliis jam per duo s̄cula ab hereticis impressis credendum esse; consideret attentè sequentia.

1mo. Beza profitetur in translatione Scripturæ se magis animo suo adlubentia sc̄tatum esse. Ergo non tam ad fideliter omnia transferenda, quam ad animo suo adlubentia reflexit.

2do. Ministri Geneverises in suis ex post versionibus edicunt, quod præcedentium quidem vestigiis institerint. Non tamen in omnia (ajunt) eorum jurati venimus. At pro mensura infusi nobis à summo Numinе spiritus [ecce quinta essentia spiritus privati Heterodoxi] discretionis sāda quadam sumus usi & minimè anxiâ libertate. Hebraismos certè quosdam rudiores eliminavimus, alias quorundam phrasin loquendi usum invertere necesse fuit. O putida, ô superba capita!

pita ! hoccine est nihil addere , nihil demere  
nec iota unum aut apicem unum scripto Dei  
verbo ? quod continuò habetis in ore , & tam  
patheticè Art. 5. Confessionis vestræ declaratis.  
Scilicet *nefas esse* , & homini & Angelo apicem  
unum attexere , eradere aut immutare. Ad  
fundamentum quæstionis hic ventilatæ vos pro-  
voco solam Scripturam pro credendorum re-  
gula inclamantes , ubi sacra Scriptura docet?  
quòd vos elegantias in sacra Biblia inducendo  
*hebraismos rudiores eliminando* , phrasin loquen-  
dique usum Scripturæ invertendo infusum accep-  
ritis à summo *Numine spiritum directionis* , nec  
erraveritis minime anxia quoad hoc libertate,  
& hæc ipsa vestra libertas sancta sit ? ubi S. Hiero-  
nymus , cuius versio jam à tot sæculis ab uni-  
versali Ecclesia tanquam legitima acceptata fuit,  
tot annorum studia , in summa & continua cor-  
poris sui mortificatione , impendendo, doctil-  
limos quoque Hebræos sui temporis in peregrina-  
tione per terram sanctam consulendo maluit,  
ut ipse fatetur , minus emendatè aut eleganter  
latiō sermone ex hebræo vertere , quam vel in  
minimo alterare Scripturæ sensum etiam in he-  
braismis. *Nec iuvat* , si fors ad salvandos in-  
flatos Ministellos istos velles dicere , eos tan-  
tum in accidentalibus , & ad substantiam fidei  
nil facientibus alterasse textus , prout supra di-  
ctum est , posse vulgatæ in talibus tempera-  
jorem addi perfectionem. Nam circa substan-  
tialia fidei & controversias nos inter & illos sa-  
crum

oram Scripturam mutilarunt, ut ostendi alibi,  
& hic sub finem videbis.

3<sup>to</sup>. In præfatione typis Berionis Genevæ  
Anno 1605. habentur sequentia : Genevensium  
librorum interpreti plurimi errores mendaque ex-  
ciderunt. Cujus ut erratis caveretur, serio &  
graviter postmodum elaboratum fuit. Tum us  
asperonimum impolitoque sermoni lima accederet,  
tum ut suo singula sensu mentique primigeniered-  
derentur. De uno Ministello hæc recensentur.  
Multi, quam ut à me dici posset, accuratiū præ-  
cedentes translationes castigavit. Quarum ille  
rerum à Deo prædictus erat pro illa, quam à divi-  
na mente natus fuerat ingenii felicitatem ac  
judicii præstantiam, in traductionem sedulus in-  
cubuit. Alibi in Præfatione hæc habentur:  
Eruditas isti Correctores operi manus adhibuere,  
in quibusdam in locis partim castigarent, partim  
lumen adferrent, partim etiam nitidius tersius-  
que illud in hominum ora proferrent, quantum  
ramen cognitionis & scientia divina bonitas iis  
elargita est, qui in id animos manusque adje-  
runt. Superi boni ! ergo ex Gebennensi lacu  
exorta sydera ? quæ famam omnem obnubilant  
tot Ecclesiæ Doctorum ac Patrum Hieronymi,  
Ambrosii, Augustini, &c. qui vel in transferen-  
do vel explicando legitimo Scripturæ lensu totâ  
vitâ desudârunt, & multis à Deo precibus vitâ-  
que in continuis pœnitentiæ operibus omni-  
genæque virtutis exercitio transactâ intelligen-  
tiā Scripturæ simpliciter & humiliter à Deo  
exorârunt, & nec de ingenii felicitate, judicij

præ-

præstantiâ , nec datis à divina mente privilegijs gloriati sunt. Homini micam honestatis ac ingenuitatis habenti non possunt non justam extorquere indignationem ejusmodi vanæ jactantiae. Ad fundamentum , & ubi rei cardo vertitur , vos Thrasones denuò cito. Fatemini ergo plurimos errores Genevensium Bibliorum interpreti excidisse , adeoque priora vestra biblia non fuisse genuina. Jam probate & quidem ex Scriptura sola , quod vos postmodum omnes errores correxeritis , quod sensui primigenio Scripturam vestrâ si placet limâ restitueritis , quod ad hæc errata castiganda , & lumen NB. ipsi Scripturæ adferendum hic vel ille Ministellus vester non fucataim sed à divina mente insulam ingenii felicitatem ac judicij præstantiam acceperit. Si hoc [ in propriis vos principiis oppugno ] ex Scriptura non probetis , non est infallibile , quod putum & non corruptum Dei verbum vestra Biblia contineant. Jam absurdum proslus est , quod gloriemini nitidius tertiisque per vos in hominum ora Dei verbum defluere. Vultisne? ut Spiritus sanctus in S. Script. Poëtam aut Oratorem ad numeros sua verba metientem agat? non quæritur elegantia sed veritas , & genuina sermocinatio Dei cum simplicibus & rectis corde. Ridiculum est , quod vos tenebriones gloricimini vestrâ translatione lumen adferri verbo Dei scripto , quod alias clarum esse dicitis. Non agitut hic de explanatione seu explicatione horum vel illorum S. Script. textuum , quam in suis ad eam commentariis fidelibus etiam com- muni-

municarunt SS. PP. Doctores Ecclesiae & Interpretes. Sed explicationes, quibus lumen afforditur, ipsis non inseruerunt Bibliis nequidem uno altero vebo, quasi ad ea id simul pertinet. Agitur hic de ipso Dei verbo, quod in Bibliis vestris purum contineri assertis, non obstante, quod id augendo, vel minuendo, vel truncando corruperitis sub praetextu, quod asperum impolitumque alias sermonem in nitidorem transtuleritis stylum. Et quia sensum Scripturæ corruptis, hinc errores in Bibliis vestris non tantum sunt accidentales sed substantiales. Nolo hic, ne fusor sim, ex Bellarmine aliisque ostendere, quod bis mille minimum locis sacra Scriptura ab Antesignanis vestis corrupta sit. Agam paucis: Vulgata & Biblia ante Lutherum, Calvinum habent, quod fides iustificet, quod *Advocatum apud Patrem habeamus Christum*. Ex quo jam Scripturæ tex- tu probare potestis? quod Antesignani vestri à divina mente vel spiritu afflati tanquam verbum Dei addiderint *to sola vel to solum*. Anno 1546. & 1556. Genevensis traductio celeberrimi textū *Hoc est Corpus, hic est sanguis meus* ita sonabant. *Est hic* [NB. adverbialiter] *Corpus meum*, quod pro vobis datur, *est hic sanguis meus*, qui effundetur Ec. Bella aspero impolitoque sermone amandato elegantia. Typis Pydier anno 1547. & Tourn. legebatur: *Istud est Corpus meum, & istud est sanguis meus*. Anno 1557. in eodem Tournes Typographo legebatur: *Est hic Corpus meum, & hoc est sanguis meus.*

meus: Tandem Anno 1561, vitiati textus reatus à Catholicis convicti Ministelli suo locum nitori reddiderunt. Singulis autem nundinis teste Veronio ( ubi plura huc facientia vide) quid noyi expectabatur. Unde jam ex S. Script, & quidem solâ ( cùn traditiones & autoritates hominum quoad fide divinâ credenda respondeant ) probabitur has variationes adeo sibi contradicentes provenire à Spiritu sancto? dicitis Hieronymum aliosque Patres in translationibus suis ut homines potuisse errare , sed ista à tota Ecclesia de saeculo in saeculum receptæ sunt , nec permittit Deus Ecclesiam , ut saepius demonstravi in substantialibus fidei , inter quæ vel maximè continetur purum Dei scriptum verbum, errare. Ubi textus Scripturæ clare dicit; quod Calvinus , Lutherus translationes has mutant ob divinam , qua prædictus erat , mentem à nobis velut è cælo lapsus , & oracula æternæ veritatis fundens sit suscipiendus. Si vulgata ob translationem hominis fallibilis fidendum non est , licet ea ab Ecclesia recepta sit. Ergo nec vos nec nos scire possumus , an Biblia, quæ à Catholicis accepistis , verum Dei verbum ullum contineant. Pari modo Actor sectarius debet ad ejiciendum è possessione Catholicum in petitorio claris ex Scriptura verbis probare, quod hic & non iste liber Scripturæ sit canonicus ; quod non detur Sacrificium Missæ incruentum vel Sacerdotium in lege gratiæ. Vel si Sacerdotium admittat , quod eorum Ministelli veri sint Sacerdotes , & facultatem ministerii

lui

sui à Christo vel immediate acceperint vel mediæ, & quod Principes Laici vel communitas laica eam dandi à Christo potestatem acceperint. Universim omnia controversa, quæ cum iis habemus, de quibus in hoc libello sparsim egi, ex Scriptura tanquam Actores probare debent, ut Catholica dogmata de possessione avita desificant,

### Quarta Methodus.

#### Ratione prætensiæ Reformationis.

**A**rt. 31. in Confessione sua Ministri Genesantes dicunt sequentia : *Nostrâ tempestate, cùm Reipublica Ecclesiastica status omnino convulsus esset & interruptus, novâ prorsus & insolentiatione suscitavit quosdam Deus, qui ruinas jacentis Ecclesie erigerent & restaurarent.* Praclarum custodem ovium scilicet lupum ! præclaros Reformatores Lutherum, Calvinum, Zwinglium, &c. qui libertate humanâ, præceptis divinis, consiliis Evangelicis, bonis operibus, omniq[ue] avitâ pietate proscriptis omnia susque deque verterunt. Evidenter *insolenti generatione*. Sed unde ex Scriptura & quidem sola sectarius Actor probabit ? *Viros hos à Deo extiatos, item ruinas Ecclesie jacentis per eos restauratas, item reipublica Ecclesiastica statum omnino convulsum & interruptum fuisse.* Alibi vidimus & sat constat statum Ecclesiasticum per hos novatores omnino convulsum esse. Cùm  
vota